

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Heinrich Sibrand

**Programma Qvo Rector Academiæ Rostochianæ Joach. Henricvs Sibrand/ V.J.D.
... Tempore ieunii quadragesimalis, Christvm Nostri loco ignominiosae se
mancipantem, ac deuouentem seruituti, Civibus Academicis meditandum sistit**

Rostochi[i]: Typis Joh. Wepplingi[i], [1720?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003996884>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1720. Fasten.

~~A-1258~~ ^{III.}

A. 1720

PROGRAMMA
RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIANÆ
JOACH. HENRICVS

Sibrand/

V. J. D. & Institut. Prof. Publ. Or-
din. Facult. Jurid. h. t. Decanus
& Senior.

Tempore ieiunii quadragesimatis
CHRISTVM

Nostri loco ignominiosae se man-
cipantem, ac deuouentem

seruituti, *in originali scripturam latine*
CIVIBVS ACADEMICIS
meditandum sistit.

Rostochi, Typis Joh. WEPPLING SERENISS. PRINC.
& VNIV. Typogr.

M. 1256 161





X publica hac Tabu-

la ut denuò vos alloqvar , Cives
Optimi , officii mei jubet ratio.
Imminet enim Quadragesimale,
quod ajunt tempus, (*) quô, Ba-
chanaliis ex Ecclesiæ pomærio
proscriptis, cruentam Domini no-
strî Servatoris Passionem imis in-

fixam cordis penetralibus ~~anno~~ Christiani , repetitis
iterum iterumque meditationibus, recenti semper man-
dant memoriam . Sic fert Christianorum fors , ut cum
Petro, Johanne & Jacobo Christum mox in montem qui
creditur Tabor, ascendentem , mox sub radicibus cli-
vetti sanguifero offusum: ludoce cœmitentur , gaudii &
tristitiae quadam viteffitudine . Paucis abhinc hebdo-
madibus, Divinæ gloriæ in facerrima illa Schechina
Christo habitantis radii omnium præstrinxerunt ocu-
los ; Ast jam eheu ! sub ætno peccatorum onere ge-
mebundus , ignominia , doloribus & vulneribus detur-
patus & confessus squalet Gloriæ Dominus, servi indu-
tus personam . Personæ licet divinæ in consortium
assumpta fuerat Humania Christi natura , & divinis ~~omni~~

Omni originem, rans aliquæ de Quadragesimis notatu digna
degere gestit ad eas Job, Eusebius acump de Quadragesima Christiana
Christian, Wildvegel de ea, quod iustum est circa tempus
Quadragesimale. Job, Joach. Hornborgii Dissert. Hist.
Theol. de Quadragesima Christiana. Peterum & ritibus in ea
refratis. D. Christoph. Sontagii Dissert. Altdorf. 1709,
qua inscribitur: Salus ab extremo in extremum sub vigiliam
Cochleariori declinanda. W. T. A. T. 1709.

8

exornata attributis; sponte tamen sua abjectissimam subiit servitutem. Metamorphosin hanc emphatice describit Paulus (**) εἰ μὲν φύη οὐκ εἴη τοις αρχαῖς,
εἰποῦ ἐκένως, μορφὴ δέ τις λαβάται. Ut alia, quæ servi titulum Christo imponunt, loca silentio involvamus.

(*) Non tamen defuerunt inter antiquos Hæreticos, qui nomine hoc abusi, & Humanam Christi naturam naturā servum appellantes, merito Patrum incurserunt censuram. Qvo lensu Theodoretus. (**) Apollonarem, scribit, corpus Christi nominasse stolam, & creaturam, & instrumentum, nec non vocasse servum, quod nullus nostrum antea ausus erat dicere. Eadem quoque ratione interpretandus est Johannes Damascenus (***) sciendum est, inquit, ne servum quidem posse nos Christum nominare. Patres enim hi cum titulum servi Christo denegant, non Scripturæ S. diserte id affirmant, sed Hæreticorum Apollinaris & Nestorii, gloriæ Humanæ naturæ communicatæ detrahentium errori contradicunt masculè. Humanam enim Christi naturam naturā servam dicere, è diametro repugnat divinæ gloriæ in primo statim, qvō coepit, conceptionis momento ipsi communicatæ, qvō simul ipso in divinæ personalitatis solium evecta omnes exuit imperfectiones creaturæ φιλανθρωπίαν adhærentes, ut adeo non servus, sed Rex sit natus, (****) & filius hominis audiat pariter Dominus legis. (*****). Quam ob causam ab aliis

Theo-

(**) Phil. II. 6, 7.

(*) Ies. XLII, 1, c. XLIX, 6. c. LIII, 11. (**) in Era-
niste s. Polymorpho Dialog, II, p. 114. D. (***) Lib. III.
de fide c. 21. p. 260. (****) Matth. II, 2, 6. Luc. 1, 32.
33. (*****) Matth. XII, 8.

Theologis obelō notatus est Cel. B. D. Christoph. Frankius
Theologus Kiloniensis, quod Christum hominem suā na-
turā lervum, legique subjectum sibi quoque legem im-
plere, necesse habuistē docuit. (**). Hoc igitur erro-
neō sensu titulus servi Christo tributus, quamvis castas
quorundam Patrum offendit aures, fano tamen &
scripturæ proprio si explicetur sensu, nihil alit mon-
stri. Hinc est, quod alii Pātres, nulli dubitaverint,
hoc, quicquid esse videtur, ignominiosi tituli Chri-
sto adscribere, quatenus nempe non naturā nec co-
actus, sed ex liberrima voluntate & salutis cōconomia
noſtri loco ſuſcepit lervitatem. Sic Gregorius Na-
zianzenus: (***) Hujus, inquit, porro conſectarium
eft, ut Christus & ſervus audiat, tanquam multis bene-
ſerviens, & ut magnum illi fit, appellari ſervum DEI;
Nam revera ſervit carnī & nativitatē & paſſionibus
noſtris, libertatis noſtra gratia. Qvibus pollicem pre-
mit Cyrilus Alexandrinus: (****) Docebat diſcipu-
los ſuos (sc. telonibus didrachmum persolvens) ſe &
verē eſſe filium, & in forma ſervi propter carnem; quam-
vis ſecundum propriam naturam liber eſſet, tanquam ex
DEO, & DEUſ; ira ſervi formam velut propriam obti-
neret, propter exinanitionis modum; & ideo tributorum
exactoribus, quod iuſſum erat, pendebat. Qvocirca ſi
quis ipſum ſervum eſſe nominatum Prophetarum voce dix-
erit, offendit neminem oportet. Qvam igitur Paulus
Christum aſſumſile aſſerit, p̄. 1. 18, non eſt ipſa
eius humana natura in ſe, ſed ſtatus infimæ exina-
tionis;

(**) in Disp. de Imputatione Christi c. II. §. 2. ſeqq.
(**) Oratione XXXVI. p. 578. D. (****) in Reſpons. ad Theodo-
rei, ad Anathemat. ſimum Vl. Tom. VI. p. 213. Lit. B.

nitionis; Quidque quod clare satis innuit Paulus, ^{magis} hancce conjugendo cum *Kenotic & rationabilis*; Vi
quaque relationis *μορφή Θεός* non est ipsa divina na-
tura, quidque quam nunquam depositum, & quae ne-
~~διανοία~~ quidem *τροπής* admittit; (*) Sed aper-
tus, non interruptus, & in omnium oculos incur-
rens divinorum attributorum, quā *κίνησις* suorum u-
sus, quo in statu liberrimæ exinanitionis, non in-
star Victorum triumpho ovantium, hostiumque spo-
lia gestantium superbire voluit. Non igitur diffi-
cile mulandus est, quorundam Patrum error, statuenti-
um, per formam servi, quam Christus assumisse,
ipsam intelligi humanam naturam. Hac in opini-
one versatum fuisse Athanasium, verba ejus aperte
produnt: (**) Imperiti (contra Arianos dispu-
tat) & mente aitoniti; Etiam servus in Scripturis appelle-
tarius est, & ancilla filius, & agnus & ovis; rum fati-
gatus est, & sitiavit & vapulavit & passus est; Sed fa-
cile constat illis omnibus legitima causa, & excusandi
ratio: Quippe talia subinde in literis exprimuntur, il-
lum hominem, hominisque filium esse factum, cum servi
formam, hoc est humanam carnem assumisset. Huic assen-
titur Ambrosius: (***) Dominus noster, ait, JESUS
pro nobis servitatem suscepit in ipsis corporis susceptione,
cum Apostolus clamet, quod formam servi acceperit. Ec-
post pauca: servus autem factus legitur, quia legitur fa-
ctus ex virgine, & creatus in carne. Subscrimit his quo-
que Hilarius. (****) Nec aliter sensisse mihi viden-
tur

(*) Jacob. I. 17. (**) Orat. I. contra Arianos p. 128. L. C.

(***) Tom. V. 187. K. Epist. 8. ad Sabinum Episcopum.

(****) L. XI. de Trinitate. p. 81 B.

tur Felix Urgelitanus & Elipandus Hispani Episcopi, contra quos Synodus Frankofordiensis est coacta, cum formæ servi receptionem in ipsa humanæ naturæ assumptione positam, adeoque Christum hominem filium DEI tantum adoptivum esse docuerint; Quia in causa refutatos videris eos ab Hadriano Papa: (*) Adoptivum, inquit, filium, quasi purum hominem, calamitati humanae subjectum, & (quod pudet dicere) servum eum impii & ingrati pro tantis beneficiis Liberatorem nostrum non pertimescitis venenosa fauce susurrare. Rectiorem ingressus sententiam videtur Dionysius Alexandrinus, negans Christum naturā propter incarnationem servum esse, nec ipsum assumisse servum, i. e. substantiam & naturam in se servam, sed formam servi; (**) Quem propterea recte explicat, & à Marcionitarum hæreseos suspicione liberat, Dionysius Petavius (***) ipse tamen non ab hoc immunis errore, quod servi forma, sit ipsa humana Natura. Ast cum omnibus orthodoxis Theologis nostris ita potius habemus, Christum etiam quā humanam naturam per receptionem in *ύποσαν* Filii DEI, & diuinorum *αυχηματων* communicationem ab omni naturali servitute immunem, omnium potius Dominum, sua tamen sponte, Domini hujs possessione manente illibata, usurpatione ejus se abdicasse in statu exinanitionis, servitutisque durissimæ jugo nostri vice suos subjecisse humeros. Servitus igitur hæc non solam concernit humanam naturam; Sed totam personam Θεονθεατον, ut απέρως quidem humanæ, appropriative vero etiam divinæ competit naturæ, quatenus hæc, ut sanguinis effusio- nem (****) sic quoque hanc servitutem fecit suam;

Difun-

(*) Tom. VI. Concil. p. 165. D. (**) in Epist. contra Paulum Samotatenum. (***). Dogmata Theol. Tom. V. L. VII. ca. 8a §. 6. p. 351a. (****) Act. XX, 28.

Diffundunt se vero per totum exinanitionis statum ser-
vitutis hujus muniz, obedientiam ejus cū activam,
tum passivam complexa. De priori activa loquitur
Paulus: (*) Misit nempe DEus Filium suum in pleni-
tudine temporis, factum ex muliere, legique subje-
ctum, ut suā impletione nos à lege redimeret. Hinc
qvoqve Christus dicitur servus circumcisionis, qvā te
ad totam legem obstrinxit implendam. Alteram passi-
vam in loco supra allegato statim subnectit Paulus, di-
cens, qvod Christus factus sit obedientis usqve ad mor-
tem, ad mortem autem crucis. Audivistis hactenus,
Cives Optimi, ineffabile, qvō sibi nos devinxit Christus,
beneficium, nostri loco ignominiosæ se mancipando ac
devovendo servituti; Ast qvem in finem? ut hoc pa-
riter discatis & probe pensetis, non minus vobis pariet
utilitatis. Aurea sunt hanc in rem Ambrosii verba:
(**) *Servitatem suscepit Christus in corpore suo, ut libertatem*
omnibus redderet; Peccata nostra portavit, ut mundi pecca-
tum tolleret; Servus peccatum, maledictum factus est, ut
se a divina sententia maledicto absolveret, & tu peccati servus
esse desisteres. Duplēcēm igitur ex servitute hac Christi
carpere licet fructum; Alter est satisfactorius & redem-
torius, ut vera fide eum amplectententes à servitute Dia-
boli sitis soluti; Alter est sanctificatorius, ut ma-
numissi peccatorum excutiatis jugum, eiqve ceu
Domino, qvi pro vobis est factus servus, servi dicto
sitis audientes. Utinam utroqve potiamini fructu!
Nebulam pro Junone osculamini, & glaucoma vo-
bis met obtruditis, falso persvasi, alterutrum sine altero,
satisfactorium sine sanctificatorio, & vice versa, posse
obtineri. Alterum si spreveris, altero dignus non eris.
Qui

(*) Gal. IV. 4. (**) L. c. 189. L. D.

Qui peccata facit, peccatorum est servus; juxta effatum
Christi. (*) Christus vero propterea pro omnibus est
mortuus, ut omnium esset Dominus, omnesque qui vi-
vunt, non sibi viverent, sed ipsi. (**) Non igitur pec-
catorum, sed justitiae, (***) Vos, qui Christianorum
non nomen tantum, sed omen gerere in votis habetis,
servos esse mementote. Hæc sunt, Cives Optimi, qui:
bus per Quadragesimale hoc tempus Ecclesiæ nostræ
personabunt; Hæc sunt, quæ quotidie Ecclesiasticæ lo-
quentur cathedræ; Hæc sunt, quæ hoc imprimis tem-
pore meditanda, veneranda voluit antiquitas, Quid igi-
tur velstrarum sit partium, ut hinc cognoscatis, nullo
indigetis interprete. Ut tamen, quod meum est, exé-
quar; Abesse quam longissimè à vobis jubeo, quæ vel
execrandus Gentilium Bachanalium mos, vel impia Pa-
picolarum invexit supersticio; Sed potius per quic-
quid vobis sacrum charumque est, & fer eam, qua
instructus sum, Auctoritatem Vos adhortor peraman-
ter, ut sacris concionibus audiendis intersitis frequen-
tes, animum afferentes devotum, attentum atque pi-
um. Spiritus vero Sanctissimus sacerrimas, quibus
aures vestræ imbentur, doctrinas, cordibus vestris
imprimat, inculcat, obsignet, ut centuplus inde
sanctificationis propulselet
fructus.

(*) Job. VIII, 34. (**) Rom. XI, 8. 9. (***) Rom. VI, 16.

P.P. Sub Sigillo Rectoratus Domi-
nica Qvingvagesima,
d. II. Febr. A. O. R. clcccxx.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1003996884/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003996884/phys_0012)

DFG

Diffundunt se vero per totum exinanitionis
vitutis hujus munia, obedientiam ejus cum
tum passivam complexa. De priori activa
Paulus; (*) Misit nempe Deus Filium suum
tudine temporis, factum ex muliere, legi
etum, ut sua impletione nos a lege redimeret.
quod Christus dicitur servus circumcisionis
ad totam legem obstrinxit implendam. Alter
vam in loco supra allegato statim subnecit Pa
cens, quod Christus factus sit obediens usque
teni, ad mortem autem crucis. Audivistis ha
cives optimi, ineffabile, quod sibi nos devinxit
beneficium, nostri loco ignominiosae se manci
devovendo servituti; Ast quem in finem? U
riter discatis & probe pensetis, non minus vo
utilitatis. Aurea sunt hanc in rem Ambros
(**) Servitatem suscepit Christus in corpore suo, ut
omnibus redderet; Peccata nostra portavit, ut mu
tum tolleret. Servus peccatum, maledictum fact
us a divina sententia maledicto absolveret, & tu pecc
asse desisteres. Duplicem igitur ex servitute ha
carpere licet fructum; Alter est satisfactorius &
torius, ut vera fide eum amplectententes a servit
boli sitis soluti; Alter est sanctificatorius,
numissi peccatorum excutiatis jugum, ei
Domino, qui pro vobis est factus servus, sei
fitis audientes. Utinam utroque potiamini
Nebulam pro Junone osculamini, & glauco
bismet obtruditis, falso persuasi, alterutrum si
satisfactorum sine sanctificatorio, & vice ver
obtineri, Alterum si spreveris, altero dignus.

(*) Gal. IV. 4. (**) L. vi. 189. L. D.

